



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Quòd Deus fortissimè perfectos à malo retrahat. Cap. xxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Quod Deus fortissimè perfectos à  
malo retrahit.

## CAP VT XXVIII.

**S**O L I S, non solum proprium est cor-  
pora sibi subiecta souere, & si vita ca-  
pacia sint, ut vivant, & conseruentur,  
& augeantur, sua mirabili virtute iu-  
uare, sed etiam noxia vita, & augmen-  
to, ac salubritati disuicere, & horridas tenebras la-  
titiae contrarias dimouere. Diximus autem diuinam  
prudentiam cum sole lucidissimo esse con-  
ferendam, quod similes effectus in omnibus crea-  
turus habeat, & præcipue in viris sanctis, & perfe-  
ctis efficiat. Non ergo quos ad virtutem capessendam  
potentissime roboret, malis, & veris malis  
(qualia sunt peccata) subiacere permittebat; sed ea à  
persecutorum cordibus fortissimè arcebat, & sique  
(ut decet sanctos) in sanctitate conseruabit, & pu-  
ros, ac illibatos custodiet. Id quidem amabilis &  
benigna Dei prudentia facit, & quos magis dili-  
git, fortius & suauius à peccati malo defendit. In  
domo enim virti nobilis, aut principis alicuius duo  
personarum genera, filiorum scilicet, & seruorum  
inuenies, quorum ethi eadem sit communis habita-  
tio, non tamē eadem est fors, nec idem erga eos prin-  
cipis amor, nec eadem cura educationis. Nam serui  
communioribus cibis, filiis pretiosioribus nutriuntur,  
illi abiectionibus indumentis, isti splēdioribus ve-  
stiuntur, seruis cura urbanitatis, sed filiis multò  
maior, & exactior sollicitudo comitatis indicatur, &  
quos modicos defectulos pädagogus in seruis diffi-  
mulat, in filiis principis rigida centura castigat. Idem  
profus in magna Dei domo, id est, in Ecclesia, aut in  
religiosa familia est inuenire: in qua iustos imper-  
fectos libenter seruos voco, quod adhuc timore ser-  
uant, & iustos perfectos, quod amore famulentur,  
& Deo tota contentione mentis inhāreant, filios  
appello. Horum eadem est communis habitatio, ea-  
dem scilicet Ecclesia, eadēmv religiosa familia, at  
non eadem sors, quia licet omnes ob acceptam gra-  
tianam sint filii Dei, at ob disparem gratia mensuram,  
& ob timor, amorisque discrimen, quoad legis cu-  
stodiā incitantur. Illi magis videntur serui, isti po-  
tius videntur liberi. Omnes quidem princeps amat,  
sed non aequaliter, quod & eorum inaequalis puritas,  
ac fidelitas poscit, & dispar cura educationis ostēdit.  
Seruosenium Dominus, id est, iustos imperfectos, pa-  
ne communis bonorum actionem pacit, filios verō,  
hoc est, perfectos, pane mellito sanctissimā actio-  
nis, & altissimā contemplationis reficit: illos vestes  
virtutum ornant, sed quae videntur ob vetustatem,  
aut ob imperfectionum maculas, quibus sapientē eas  
tepidi inficiunt, à filiis reiectā; istos autem vestes  
recentes virtutum splendores seruore, & lucen-  
tes mundicāe cura circundant. Et ut ad institutum  
veniamus, à seruis ea urbanitas spiritualis poscit, vt  
mandata seruent, & iussa, aut status, aut prælati cu-  
stodian, à filiis verō maior urbanitas & comitas po-  
stulatur, vt non solum mandata, sed & consilia, sed &  
signa diuina voluntatis obseruent. Si illi in modicis  
errent, aut aliquando eriam in magnum erratum la-  
bantur, dissimulat herus, dum iter huius mortalitatis  
durat, donec ad domum iudicij, & discussionis ve-  
niat, quia serui sunt, & non ita amantur, vt statim  
omne malum propria eorum voluntate commissum,  
sit reprehensionis mulcta carpendum. At si filii in  
minimis peccent, statim conscientia increpatione

A mordentur, (qua sanctorum conscientia nihil est de-  
licatus, atque tenerius) è vestigio diuina reprehen-  
sione castigantur, & interna mentis ariditate, & se-  
ueritate Domini, qua eis aliquantulum ianuam suā  
familiaritatis occludit, sine illa dilatatione puniuntur,  
In illis enim præcipue locum habet dictum Pauli:  
Quem diligat Dominus, castigat: Flagellat autem  
omne filium, quem recipit. Et siūdem Domini per  
Ioannem pronunciata sententia. Ego quos amo, ar-  
guo, & castigo. Et quidem æquum est, ut qui nimis  
amantur, absque mora ferulam sentiant, ut celeritate  
castigationis moniti, casum, aut errorem aduertant,  
& cautores effecti minūs delinquant.

B Heb. 12.  
Apoc. 3.

C Diximus simpliciter quid Deus cum perfectis fa-  
ciat, & quod celeri castigatione eos à minimis eriat  
peccatis auertat, nondum tamen pro more nostro  
aliqua id sacrarum literarum sententia, aut aliqua san-  
ctorum Patrum auctoritate firmauitus; queramus  
ergo aliquid huius generis, quo purè dictum confir-  
memus. In libro certè Psalmorum aliiquid huic rei  
accommodatum reperiemus. Nam regius vates tres  
viros perfectos Moysēm, Aaron, & Samuelem in  
medium producens, & de illis Dominum alloquens  
ait: Domine Deus noster, tu exaudiebas eos: Deus tu  
proprietus fuisti eis, & vlciscens in omnes adiunctio-  
nes eorum. Eorum orationes exaudire, & vota suscep-  
tere magna benignitas fuit, sed benignè iporum  
defectus punire, & minimas quasque imperfectedes  
castigare, misericordia singularis, quia hæc pa-  
terna castigatio non tantum defectus purissimis Dei  
oculis displices diluebat, sed & ipsos efficaciores  
ad maiora consequenda, & audaciores ad pretiosa  
postulanda reddebat. Quæ autem erat ista adiunctio-  
nes, qui isti defectus, quos Dominus in viris per-  
fectissimis, & sanctissimis ultione lauabat? Et quidem  
puto oculis nostris inuisibilis esse, qui penè ca-  
eci sumus, qui non nisi magna videmus, qui infideli  
trutina humana facta ponderamus, at diuinis lumi-  
nibus visibilis erant quos diuina misericordia non  
irata, sed propitia vindicabat. Neque hoc à meislo  
dictum ab Augustino, qui hanc rem pulchra simili-  
tudine exponit. Nouerat, inquit, fortè in illis Deus  
aliiquid, quod purgaret: quia & quod perfectum iam  
videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imper-  
fectum est. Pleraque faciunt artifices, & ostendunt  
imperitis, & cùm ianu iudicanterint imperiti esse per-  
fecta, expoliunt illa artifices, qui nouerunt adhuc  
quid illis desit, vt mirentur homines tantam expoli-  
tionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronun-  
cierunt. Fit hoc & in artificis, & in picturis, & in  
vestibus, & propè in omni genere artium. Primo iudicat  
illud iam quasi perfectum esse, vt oculi eorum  
amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus  
imperitus, aliud iudicat artificis regula. Sic & illi  
sancti versabantur ante oculos Dei, tamquam sine  
culpa, tamquam perfecti, tamquam angeli: nouerat  
autem quid illis decesserit, qui vindicabat in omnes af-  
fectiones eorum. Vindicabat autem non irascens,  
sed propitius ad hoc vindicabat, vt perficeret cœpī  
non vt damnaret eisētum. ] Licet itaque isti tres vi-  
ri perfecti fuerint, & nos illos perfectos iudicemus,  
tamen Deus (in cuius conspectu omnis nostra perfe-  
ctio imperfectissima imperfectio est) aliiquid in ipsis  
imperfectum vidit, quo zelo amoris impletus non  
tarda punitione castigauit. Vedit ille, & vt nos disce-  
remus, & filiali timore delinquere trepidaremus, in  
pagina sacris exposuit. Nam Moyses & Aaron virga  
silicem percussuri, ut ex eo aquam elicerent, aliquantulum  
de effectu titubarent, quare bis petra ferienda  
fuit, cui (si fides affuisset) vnuſ dūtaxat iecus abundē

D Psal. 98.  
August.  
in Ps. 98

**Num. 20.** suffecerat. Mox verò astitit propria & benigna castigatio: & ipsi sua infidelitatis sententiam audiunt. Quia non credidisti mihi, ut sanctificaretis me corā filii Israël, non introduceris hos populos in terram, quam dabo eis.] Ecce sententiam, qua profectò non fuit, comminatio, sed irremissibilis eorum punitio. Paulò enim post dixit Dominus Moysi: Pergat Aaron ad populos suos, non enim intrabit terram, quam dedi filii Israël, eo quod incredulus fuerit oti meo ad aquas contradictionis, & mortuus est in montis supercilium.] Et postea Moysi, visa terra sibi promissa, loquutus est Dominus: Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Mortuusque est ibi, scilicet in mōre Nebo Moyses seruus Domini. ] Fuit sanè istorum duorum perfectorum propria castigatio, ne iterum incredulitate peccarent; & benigna, quia temporalis, ne in perpetuum sua dilecta carerent. At quod peccatum Samuelis nobis explicatum est? Certè nullum, quia non tam grauiter, ac duo præfati deliquerit. Sed mundissimi Dei oculi aliquid in eo repererunt, licet leue, quod (vt Augustinus ait) contradictione populorum castigaret. Ille quippe iustus, qui annis quadraginta Israëliticam plebem sapientissimè rexerit, & sanctissimè gubernauit, quo tempore in maiori pretio habendus esset, à subditis, quos æquissimus iudex rexerat, quos fidelissimus Pater amauerat, iniuriosè reiectus est. Constitue, inquit, nobis regem, qui iudicet nos, sicut & viuunt & habent nationes. ] Ac si dixissent: Nolumus te amplius regnare super nos, elige nobis aliud meliorem, cui libenter pareamus. Vltus est itaque Dominus in adiunctiones, sive in minùs ordinatas affectiones perfectorum istorum, tum ut illos ab iteratione peccatorum abducere (quod magna fuit misericordia), tum ut iam admisa castigaret. Nec deest nobis alijs perfecti in diuinis literis, quem hic tribus prædictis superaddamus. Est autem ille ipse, qui eorum mentionem fecit, nempe sanctus David. Is quippe, cùm arrogantia, & inani gloria ductus, populum numerasset, statim propria conscientia (quam in sanctis diximus esse tenerimam) mulctatus est. Procursumque ad pedes Domini ait: Peccavi valde in hoc factò; sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egī nimis.] Vide primam huius peccati vltionem à propria conscientia decretam. Sed statim alia, & quidem grauis à Domino inficta subsequitur. Nam Dauidi optime datur, vt eligat, num malit septem annis suum regnum fame confici, an tribus mensibus suos aduersarios fugere, an tribus diebus pestilentia fatigari. Retrahit ergo Dominus à malis viros perfectos, castigatione defecuum suorum benigna, arque præcipiti; benigna, quoniam eos amat, & ideo eos mitissimè, id est temporaliter, ferit; & celeri, quoniam pro eorum puritate diligenter zelat. Si Dominus quidem peccatores puniat, & nequaquam in suis peccatis diu manere permitat, magnam erga illos misericordiam exercet. Vnde in libro Machabœorum legitur: Etenim multo tempore non sine peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. ] Quantò maior erit hæc misericordia erga iustos, & præcipue erga viros perfectos, quorum partas diuitias hac ratione custodit, & ne amittant, quod multis laboribus compararunt, prouidentissima increpatione, & opportuna vltione procurat? Si enim maius beneficium est, diuitiæ & nobilem, quām pauperem, & infirmam hominem à graui infamia liberare: cumulatus quoque erit donum, virum sanctum, si deficiat, quām peccatorē percutere, & à peccato, & con digna peccati retributione dimouere.

**Deut. 34.****August.**  
in Ps. 98.**1. Reg. 8.****2. Reg.**  
24.**2. Mach.**  
6.

**A** Hoc autem magnum beneficium, quo Deus viros perfectos, ne amplius cadant, citissima reprehensione, & punitione castigat, non solum in sanctos veteris testamenti contulit, sed sapissimè perfectis noua legis attribuit. Qui enim cum viris spiritualibus, & suam puritatem cupientibus conserfatus est, non ignorabit, quanto ipsi pro leuissimis imperfectionibus cruciari mentis angantur, quantis lacrymis, & singultibus eas defleant, quanta sui ipsorum humilitate, & deiectione emendent, & quantis corporis asperitatibus, & afflictionibus puniant. Non quia putent eas letales aut graues esse, qui homines sunt sapientissimi, sed quia magnam ingratitudinem parant, pro singularibus beneficiis acceptis imperfectiones offerre, & tantum Dei erga ipsos amorem reponere, & obliuione persoluere. Hæc quidem non solum satisfactiones iustorum pro delictis suis, sed & dona, & reprehensiones Dei sunt, qui ipsis tamquam administris, & certè fideliissimis vtitur, vt in ipsos metu leues culpas vindicet, & non aliena, sed ipsorum manu castiget. Nónne in familiis religiosis est consuetudine receptum, vt prælatus subditum delinquentem ipsius delinquentis manu puniat, & ei viiciunet, vel vt seipsum flagellet, vel humili sedens comedat, vel aliquid simile sustinendum præcipiat? Ita Dominus, qui cum perfectis, quasi cum dilectis filiis agit, eorum errata non aliena, sed propria ipsorum manu puniat, dum eos ad compunctionem, & lacrymas, & ad opera satisfactionis mouet. **C** Hinc Thomas sanctissimus Cantuariensis Archibiscopus, cùm Henrico Angelorum Regi, in quibdam Ecclesiastica libertati contrariis assensum verbo tenuis, bonaque intentione præbuisset, tanta indignatione in seipsum effebuit, vt se à ministerio faci altaris suspenderit, donec Alexander tertius Pontifex maximus, eum humiliter abstinentem vivisculo ministerio restituerit. Hinc beatus Martinus Turonensis Episcopus, cùm communiori hereticorum Episcoporum le miscuisse, vt quosdam viros nobiles à more illis imminentे liberaret, & Maximum Imperatorem, qui in eos capitum sententiam tulerat, aliqua ratione placaret, statim penitentia ductus indoluit, & velut alter Petrus, inde se proripuit, vnde sibi occasio delinquendi prouenerat. Eum etiam Angelus à Domino missus vehementer increpauit. Merito, dixit, Martini compungens, sed aliter exire nequisti: reparare virtutem, resuere constantiam, ne iam non periculum gloriae, sed salutis incurras. Hanc incriptionem alia pena subsequitur, nam energumenos, quibus antea incredibili facilitate medebatur, post istam communionem, quam non spiritu, sed necessitate compulsi admisit, tardius & gratia minore curabat, ipso attestante se propter communio- nis illius malum, detrimentum sentire virtutis. **E** Hinc alius quidam Anachoreta, cùm à culice mortuus nonnulla indignatione illum digito interemisset, tanta indignationis huius pena tactus est, vt seipsum nudum in sterquilinum culicibus cooperit abiecerit, nudusque ibi, & immobilit manserit, quoque culices penè omnes eius carnes exederint. Redeamus nunc ad suprà dieta, & tantisper philosophemur. Numquid in Israëlico populo non erant impurissimi homines, & perditissimi, qui grauius quam Moyses & Aaron Deum ipsorum ductorem offenderant? quare amicos pro errato, primo aspergunt non graui, ita punit, & crimina iniquorum dissimulat? Numquid inter indices, & gubernatores populorum, non fuerunt alij, qui Samuelem in minimis tantum errantem, peccatis vincerent, & grauissimè delinquentes malitia superarent? quare istum po-

**Suri. To.**  
**6. in vita.****Sulpitius**  
**in vita.**

Isaia 1.

Apoc. 22.

Psal. 36.

Bern. ser.  
2. in Psal.  
Quishabbi-  
tat.

Prov. 14.

Rom. 8.

Matr. 5.

Bern. ser.  
85. in  
Cant.

A Ita quidem Dominus perfectos, si aliquando ce-  
ciderint, à peccato retrahit, sed antequam cadat, alio  
modo, & certè mirabilè peccatis abducit. Nam eo-  
rum mentibus clarissimam cognitionem peccato-  
rum, & tentationum, & periculorum spiritualium  
immitit, vt videntes præcipitum, fugiant, & se ab  
omni lapsu submouant. Qui tepidè & legniter Do-  
mino famulantur, sàpè grauia peccata non esse gra-  
uia, sed leuia putant, leuia quasi nullius momenti de-  
spiciunt, & se illis inquinari non verentur, decipu-  
las dæmonum, scilicet tentationes, ignorant, & inter  
labèdi pericula, securi dormiunt, & sine villa formi-  
dine, aut vana presumptione pleni, aut nulla eorum  
cognitione perculsi lati in ea se coniiciunt. At per-  
fecti, & viri spirituales, qui diligenter suæ salutis cō-  
sulunt, à Domino edocti, peccata grauia, eminens se  
ostentantia, nimis exhorcent, imperfectiones leues,  
quas grande tepiditas malum animæ affere sciunt,  
valde timent: tentationes etiam sub virtutis specie  
insurgentes callent, pericula etiam minima, aut in-  
quietudinis, aut fecunditatis aduentunt, & ab iis, quæ  
sua puritati aduersa cognoscunt, sollicitudine se di-  
ligenzi custodiunt. Peccata profectò grauia sicut mor-  
tem horrent, quia non speculatione tantum, sed fa-  
pida quadam, & efficacissima notione ea esse mor-  
tem animæ vident, & horribiliorem morte corporis  
esse perpendunt. Ita enim mors, ait Gregorius, in  
qua caro separatur ab anima, umbra illius mortis est,  
in qua anima separatur à Deo. Et ex timore, quo cor-  
pus mortis umbram timeret, quanto timore anima  
mortis veritatem, id est, graue peccatum, timere de-  
beat, addiscit. ] Leuia peccata, & imperfectiones fu-  
giunt, quia experimento norunt, quod feruorem cha-  
ritatis extinguit. Quare, vt inquit Isidorus, peccata,  
quæ incipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia  
reputantur, non quia ipsi, vt præfati sumus, grauia  
astiment, sed quia graue tepiditas malum ex leui-  
bus peccatis exortum pertimescunt. Tentationes  
etiam speciem boni præferentes abiiciunt, quia sub  
esca, statim diaboli hamum introspicunt. Non igno-  
rant quod plerumque plus periculi est in insidiatore  
occulto, ut dixit Leo Papa, quam in hoste manifesto,  
quare & hosti manifestè tentati, & insidiatori in ob-  
scuro sagittas mittent, se prudenter opponunt. A pe-  
riculis tandem se subtrahunt. Sciant enim, quoniam  
qui amat periculum, in illo peribit. ] Et docente hu-  
militate se infirmos, & fragiles reputant, & vt fragi-  
les nullo modo temere se periculis committunt, sed  
ab illis seipso abscondunt. Vniuersa hæc, magna re-  
rum, & occasionum cognitione à Deo sanctis concessa  
perficit, & dum verum malum scilicet peccatum, de-  
tegit, ab eo grauiter fugiendum esse decernit. Hac  
perfecti illustrati cognoscunt cuncta terrena, & ipsam  
temporalem vitam non esse cum animi puritate con-  
ferandam, & vt hanc custodian terrenam substan-  
tiam, commoda, honores, dignitates profundunt,  
& corporis salutem, & vitam ipsam periculo expo-  
nunt. In quo sanè prudentissimi sunt, quoniam imita-  
tores Dei in hoc se exhibent, qui interdum, si ne-  
cessit sit, omne caducum in nobis percudit, ut quod  
aeternum est, sanet. Optimè namque Bernardus ait:  
Hæc nimur commandata à Christo, & Christianis  
omnibus imitanda serpentis prudentia est, vt ca-  
put solum, toto (si necesse fuerit) exposto corpore  
tueatur. Hæc vera Philosophia, hoc consilium sapi-  
tis, vt omni custodia seruetur cor, quia ex ipso vi-  
ta procedit. ] Hæc denique gratia, & misericordia  
Dei in seruos eius, & respectus in electos illius, ut  
eorum quidem finistram velut dissimulans, dexteræ  
temper studiosus protector assistat. Hinc est, quod de-

Greg. II.  
mor. c. 10Isidor. lib.  
2. de san-  
bono. c. 10Lee. ser. 9.  
Quadra.

Eccl. 3.

Bern. ser.  
7. in Psal.  
Qui ha-  
bitat.  
Preu. 4.

Psal. 15.

scipio Propheta testatur: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commoueat. ] Numquid non & illius manum dixeram, & solam eam dexteram putas tenuisse, cuius totam in facultatem pariter, & in carnem, licere passus est, quicquid liberè visum est inimico? Verum tamen animam, inquit, eius serua. ] Vt inā mihi semper à dextris sis Iesu bone, ut inā semper teneas manum dexteram meam. Scio enim, & certus sum, quoniam nulla nocet aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim, & tundatur sinistrum latus, pulsatur iniurias, velletur opprobriis: libens illud expono, dum à te custodiar, dummodo sis ipse proteccio mea super manum dexteram meam: ] Hac huius perfecti sententia, hæc eius petitio est, non ramen solius, sed omnium perfectorum, qui sapientissima cognitione nobilitati, quod summis conatibus fugiendum est, fugiunt, & minora mala, nempe temporalia tolerant, ut in maiora, scilicet in mentis mala non incurant.

At cognitione mali ad fugiendum malum non sufficit, quia sèpè malum cognoscimus, & quoniam illud aut vtile, aut delectabile apprehendimus, hac falsa boni specie decepti nō vitamus. Datur itaque perfectis à Domino robur, & fortitudo, qua, quid malum iudicant, prudenter virant, & procul à seipso amant. Si enim illum Deus iuuat, ut inquit Ambrosius, quem videt tota virtute contendere, quomodo non iuuabit viros perfectos, ut malis abstineant, quos videt (se donante) omni conatu pro virtute contendere, & gratia sibi data cooperari? ] Ipse quidem eos firmat, eos roborat, eos omne peccatum fugientes suscipit, & ut infantulos in gremio sue protectionis abscondit, ne in peccatum offendant, & quod valde timent, illis eueniat. Impulsus ait sanctus David, euersus sum, ut caderem, & Dominus suscepit me. Impellit me Diabolus, dum sub prætextu virtutis noxia suadet, & Dominus suscepit me, robur ad resistendum donans, quo diabolum fugo, & longè à meipso proicio. Scriptum est enim: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. ] Impellit me mundus, qui in maligno positus, dum honores & dignitates offerit, suos amicos evertit; at Dominus suscepit me, cuius virtute protæctus iniquam amicitiam disoluo, ne in Deinimicitiam incurram. Nam quicumque voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constitutur. ] Impellit me caro, dum male dulcia, & amarè suauia proponit. At Dominus me non derelinquit, ut carnem proterens, & meipsum conculcans, præclarissimum viatoris nomen obtineam. Nam melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. ] Si Dominus me roborat, ut hostes meos, ad peccata impellentes vincam, & ipsa peccata commissa delecta, & à committendis me liberem, dicat illi non solum doctorem meum es tu, sed & susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, sperabo in eum. ] Susceptor quidem meus, quoniam sollicitissimum mei curam gerit, & refugium meum, quoniam me protectione sua peccatis eripit, in quo se, & Deū, & creatorem ostendit. Solus enim Deus potens est figuratum liberi arbitrii sine eius lascione, à peccatis auellere, & creaturam de se in malum labentem à malo liberare. Triplici ergo ratione Dominus perfectos suos à peccatis auocat. Primo, docendo eos peccatorum fœditudinem, & eorum malitiam, ut ea se inquinanti timeant; & summam bonitatem, ut erga illa charitatis fervorem amittere pertimescant. Secundo, roborando illos, ut animæ hostibus resistant, & nulla fallaci boni specie decepti iter virritus deserant. Tertiò, si aliquando ceciderint, eos statim reprehendendo & castigando, ut cito reprehensio verecundiam & timorem ingerat, ac propria castigatio ab iteratione peccatorum auerat. Hæc beneficia sapissimè accipiunt, hæc dona in se vident; quorum consideratione in amore & feroce quotidie crescent, & ad maiorem Dei unionem aspirant, à quo solo se liberari conperunt. Diciture quisque eorum sibi ipsi illud Davidus: Conuertere anima mea in requietum tuum, quia Dominus beneficis tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrimis, pedes meos à lapsu. ] Ne inquam, anima mea auertaria à requie tua, qui Deus est, sed magis in illo intellectu & affectu conuertere, quia ipse est fons omnium honorum, qui omnia bona quæ habes, reddit tibi: Ipse est, qui animam meam eripuit à morte grauis peccati; quo pacto enim potest anima immortalis mori, nisi quia illa, quæ secundum naturam perseverat, per peccatum a Deo vera vita se separat? Ipse erit, qui pèdes affectuum meorum eripuit à multiplici leuium peccatorum lapsu. Quod si non ab omni prorsus lapsu exempti sumus, quia infirmitas carnis id non sufficeret, veniet tamen tempus immortalitatis, in quo ab omni lapsu liberabit. Tunc autem (vt ait Augustinus) eximet oculos nostros à lacrimis, quia tunc nullus erit lapsus ambulantum pedum, quando infirmitas carnis nullus erit lubricum.] Ut inā magna puritate, & vita sanctitate viuamus, quia in præmium illius hunc felicissimum statum, à quo omnino peccatum abest, aliquando tandem possidebimus.

Tob. 2.

Ambro.  
in 1. ad  
Cor. 7.

Psal. 117.

Iacob. 4.

Iacob. 4.

Prov. 26.

Psal. 90.

B dendo & castigando, ut cito reprehensio verecundiam & timorem ingerat, ac propria castigatio ab iteratione peccatorum auerat. Hæc beneficia sapissimè accipiunt, hæc dona in se vident; quorum consideratione in amore & feroce quotidie crescent, & ad maiorem Dei unionem aspirant, à quo solo se liberari conperunt. Diciture quisque eorum sibi ipsi illud Davidus: Conuertere anima mea in requietum tuum, quia Dominus beneficis tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrimis, pedes meos à lapsu. ] Ne inquam, anima mea auertaria à requie tua, qui Deus est, sed magis in illo intellectu & affectu conuertere, quia ipse est fons omnium honorum, qui omnia bona quæ habes, reddit tibi: Ipse est, qui animam meam eripuit à morte grauis peccati; quo pacto enim potest anima immortalis mori, nisi quia illa, quæ secundum naturam perseverat, per peccatum a Deo vera vita se separat? Ipse erit, qui pèdes affectuum meorum eripuit à multiplici leuium peccatorum lapsu. Quod si non ab omni prorsus lapsu exempti sumus, quia infirmitas carnis id non sufficeret, veniet tamen tempus immortalitatis, in quo ab omni lapsu liberabit. Tunc autem (vt ait Augustinus) eximet oculos nostros à lacrimis, quia tunc nullus erit lapsus ambulantum pedum, quando infirmitas carnis nullus erit lubricum.] Ut inā magna puritate, & vita sanctitate viuamus, quia in præmium illius hunc felicissimum statum, à quo omnino peccatum abest, aliquando tandem possidebimus.

Psal. 114.

Aug. ibid.

*Quod Deus suauissimè perfectos à tribulationibus liberat.*

## CAP VT XXIX.

**N**ONIHIL adhuc supereft, quod de proposito simili solis, & prouidentia dicamus, in quo aliud perfectorum bonum, & aliud erga illos Dei beneficium eluet. Illud autem est, quod sicut sol corpora sibi subiecta, luce, & calore, malis maioribus & minoribus liberat; ita suauissima prouidentia Dei à sanctis, & dilectis suis, non tam maiora mala, verum minoria quoque depellit. Sol quidem, dum in rebus corruptioni obnoxii, vita, & salutis est causa, maiora mala mortis, & infirmitatis submouet, quæ consueverunt terrigenis afferre perniciem: & dum est calor, & claritatis origo, minoria pellit mala frigoris, ac tenebrarum, quæ & corpus eneruant, & rerum pulchritudinum aspergunt, & admiratione nos priuant. Sic diuina prouidentia sole largior, & in nos omni re creata profusior, nequaquam sanctos suos solis maioribus malis, sed etiam minoribus liberat, ut ex ea vniuersa bona tam maiora quam minoria percipiant. Maiora mala voco peccata, quæ Deo dispergent, rationi rectæ contradicunt, & animæ, selectiori parti hominis nocent: minoraverò mala appello tribulationes & molestias huius vitæ, quæ nec Deo, in nobis nostrum spirituale emolumentum quærenti inuisi sunt, neque eas pati rationi rectæ est contrariū, & licet corpus affligant, nobis tamen patienter sustinentibus minimè officiunt. Liberat ergo Dominus viros perfectos à maioribus, & veris malis, quia eos (vt præfati sumus) diligenterissimè à peccatis retrahit: liberat etiam à malis minoribus, qui ab illis suauissimè tribulationes & molestias anerit. Idque sanctus David manifeste declarat, cum viro iusto dicit: Non accedit ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Loquitur aperte cum viro

iustus,

Psal. 90.